



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. Mißionum dignitas, & per quos instruendæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

## C A P U T I I.

## De Missionibus.



Xpositis hactenus Ministeriis  
maxime affines sunt Missiones,  
ac proinde hic tractandæ; licet  
extra nostras Domos necessario  
peragantur. Scholæ publicæ, domesticum  
<sup>† Missiones Soc.</sup> quidem munus, sed materia discrepans,  
cietatis propria  
postmodum exponentur.  
priissima.

\* Ex. c. 4. §.  
27. & 35. &  
p. 3 c. 2. G. &  
P. 4. Proœm.  
A. & P. 7. c. 1.  
§. 1. & A. &  
c. 2. H. & Paul.  
III. in Form.  
p. 11. & Jul.  
III. in eadem  
p. 63. & Paul.  
III. in Bull. p.  
38. & C. 5 D.  
46. & R. Miss.  
1. & In. 12.  
§. 2.  
\* Sed præci-  
pue Professo-  
rum.

## S E C T I O I.

*Missionum dignitas, & per quos  
instituendæ.*

† 1. **E**t quidem inter præcipua Societatis  
munia Missiones censentur: ut no-  
stræ Vocationis proprium dicatur, diversa  
loca peragrare, & vitam agere in quavis  
Mundi plaga, ubi majus animarum auxi-  
lium speratur. \*

\* 2. Et propterea Societas Professa ali-  
quas obligationes suscipere recusat, de  
quibus infra Cap. 3. Nec Professi stabi-  
lem in Domibus habitationem habent; ut  
expeditiores sint ad Missiones, quæ pro-  
pria

priæ ipsorum sunt, & obnixè propterea  
P. Generali commendatæ. *b* Quatenus  
autem Professi vi voti, quò se obstrinxer-  
unt Summo Pontifici, ad Missiones te-  
neantur; & quomodo iidem in Pontificiis  
Missionibus gerere debeant, explicatum  
est supra Par. 3. Cap. 3. Sect. 3.

*3.* Quare hic agendum est de Missioni-  
bus, ad quas mittuntur nostri Sacerdo-  
tes à Superioribus Societatis: dicendorum  
tamen pleraque pertinere etiam ad Ponti-  
ficos Missionarios minimè dubitandum  
est. Primò igitur exponendum quid serva-  
re debeat qui mittit; 2. quid præstandum  
à Misso circa seipsum. 3. quid circa  
alios.

*4.* Præpositus Generalis quocumque  
locorum mittere potest omnes suos Sub-  
ditos, sive Professionem emiserint, sive  
non emiserint; cùm expedire ad animarum  
auxilium judicaverit. Quam mittendi fa-  
cultatem potest Generalis Inferioribus  
communicare. *c*

*5.* Vicarius autem Generalis habet li-  
mitatam facultatem mittendi Professos  
quatuor Votorum. Nam ad Infideles, &  
remotas partes, non poterit mittere sine  
decisivo suffragio Assistentium, & eò tan-  
tum; unde impediri non possint, quo mi-

*b* P. 4. C. 2. §. 4.  
& B. ... & P.  
6. C. 3. §. 5. &  
C. 5. D. 46.

*Ordo dicendo-  
rum.*

*Generalis au-  
toritas ad  
Missiones.*

*c* Paul III. p.  
38. & P. 7. C. 2.  
§. 1. & B. & P.  
9. C. 3. §. 9.  
& F.

*Vicarii.*

*d Off. Vic. §.*

*¶ i.*

*Provincialium.*

*f R. Prov. 106.*

*& 109. & 112.*

*113. & In. 3. §.*

*10.*

*Superiorum*

*localium.*

*g In. 4. §. 3. &*

*In. 10. §. 10. &*

*In. 15. c. 2.*

*§. 8. & In. 3.*

*§. 10. & In.*

*Temp. tit. r.*

*§. 15. & Cl. c.*

*11. tit. 2. §. 4.*

*Eorum qui mit-  
tuntur.*

*h P. 7. c. 1. §.*

*1. & 7. & c.*

*3. §. 1.*

nus Congregationibus, ad quas jus habent, intersint. *a*

6. Provinciales ordinariè mittunt ad Missiones ex Subditis, quos volunt, intra Provinciam suam: immò jubentur in illi Confessarios identidem adhibere; ne perpetuò cum nonnullis Devotulis occupentur. At extra Provinciam nequeunt mittere præsertim eos, qui jus habent ad Congregationem Provincialem, quando ea imminet. Si tamen aliud posceret urgens causa, cum suis Consultoribus ad plura suffragia statuet, an mittendi sint. *f*

7. Superiores locales non videntur habere facultatem suos mittendi ad laborandum in Missionibus extra Urbem, in qua resident, nisi ad loca vicina, tridui spatio; & hæ Missiones commendantur ad discutiendum otium Operariorum, & ædificationem præbendam Proximis. *g*

8. Non repugnat etiam Constitutionibus, ut mittendi ipsimet sibi eligant ubi, & in qua re occupentur: si aliquorum iudicio felictum fuerit, ut discurrant, quamque majus Dei obsequium, & animalium profectum assequi se posse arbitrantur. *b*

S E C